



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

9. Dies Septemb. Hoc solatium est vasti doloris; quod necesse est, desinas illum sentire; si nimis senseris. Seneca Epist. 78.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

712. *Christiani Militis.* Septemb.
frēcundiōrem, putatiōne lātiōrem: (a) Ut vinea, du-
jugatur, erigitur: s̄ recisa non minuitur, sed augen-
ta sancta plebs dum ligatur, exstruitur: dum humba-
tur, attollitur: dum reciditur, coronatur. Cassiodor
aurum profert ad generosam patientis animam
corandam; de qua dici potest, quod de metallo pe-
tioso: purior est, dum arserit: potior dum decoxis-
tus. Eandem quoque rem, docto penicillo expressit
bas Cellensis Petrus: Cholerica, & celestis complan-
tua, suis passionibus hilarescit: suis congelationibus frig-
descit: suis eversionibus concrescit: suis agritudinib;
convalescit: suis contrariis infortuniis fortior & aust-
erior eritescit. Et paulò post: Ecce caminus, sed non
met aurum: Ecce mare, sed supernatūl oleum: Eu-
malleus, sed non frangitur adamas: Ecce ventus, sed
mons Sion non commovebitur: Ecce p̄ulum, sed ma-
tenet gladium. Denique pateris mala vel bonus, vel
malus: si bonus, erit ad cumulum gloriae; si malus,
libenter pateris, erit ad solutionem debiti. Quide-
gè superest, quam ut tibi pro more accinam:
Non animo iristi, fer paenam quam meristi.

9. DIES SEPTEMB.

Hoc solatium est vasti doloris; quod necesse est, de-
finas illum sentire; si nimis senseris. *Seneca*
pist. 78.

Constan-
tia.

Spectabilem se præbet una è Specie
statissimis fortitudinis pedestrib;
quis, Constantia: cui proprium
est in omni calamitate; & va-
riissimo quoque seu corporis dolore, seu animi
malo-

(a) *I.q.in Lue.* (b) *I.q.Epist.2.*

mærore , semper velut in basi simulacrum stare immotum. Non ignara, dolorem, si possit tolerari , esse levem; si tolerari non possit, esse brevem : adeoque fieri non posse, ut quis valde doleat, & diu. Si enim sit nimis intensus dolor , corpus inde quasi obstupefit, & ipso dolore, sensum doloris amittit: itaque, finis dolendi, est obtorpuisse. Quid, quod Constantia, per ea, quæ petitur, & quibus impeditur, majori fulgeat gloriâ? Silex læsus scintillat; & post tormenta, & frequentatas contusiones adamas claret: sic virtus emicat afflita. Constantia per injurias non tantum patet, sed claret; quia magua vel ostenditur , vel fit. Validus ventus , qui exilè extinguit flaminam , favet incendio: afflatu rōgus, turbine; eadem, facula evanescit. Magnus animus, & sibi constans ærumpis utitur , non frangitur; vertit ipsa infortunia in contumeliam fortunæ, dum inter illa se æstimat fortunatum. Itaque cum emolumento læditur, cum fœnore affigitur. Etiam, cùm discerpitur, fructum carpit vir constans, Constantia casus ignorat; qui a semper stat, & in gradu suo perstat: una semper est, & eadem, quamvis per diversa.

II. Phidias fingebat simulacra non tantum ex marmore, sed quocunque alio impolito lapide; non tantum ex ebore, sed ære. Sic Constantiae res quælibet prospera, adversa, dextra, sinistra, est materia gloriæ: quam cunque ei objeceris fortunam, aliquid ex ea faciet memorabile ; atque adeò reddit constantem dignum posteritatis memoria : manet semper integræ inter tormenta; tota inter lanienas, felix, inter infelicia, atque attrita , de suo gloriosior triumphat viatore. Sicut crocus gaudet calçati , & plama premi:

714 *Christiani Militis* Septemb.
sic decus Constantiae , adversa magis commendantur.
Homines annos multos impigerrime laborant; & in
laborando ad pertinaciam usque sunt constantes pro
bonis mundi inconstantibus & fortunae fugacibus;
quomodo tam sunt inconstantes pro gloria tam con-
stanti ; ut futura sit semper , desitura nunquam?
Quanta patiuntur homines mala , ut sint mali ; cu-
tam parum , ut sint boni ? quæ , & qualia , quanta , &
quæ intolerabilia perferunt , ut sua conscientie
ltera : scelerati , latrones , avari , lascivi , dum tot sube-
unt pericula , tot devorant tædia? Cur , pro Animo , sa-
lute , virtute , cælo , Deo , felici æternitate , nihil
constanter sustinemus ? qui sperat se semper fructu-
rum summo Bono ; oportet , ut semper sit bonus.

III. Summa est gratia , custodire gratiam sibi da-
tam : summum opus , non cessare à bono opere. Gu-
tiam accepimus citra laborem ; sed ut eam consene-
mus , labore ; ne amittamus , opus est timore. Dimi-
nudum facti est principium ; sed si non habet finem ,
nihil est. Placet spectare germanum Constantia si-
mulacrum ? Audi non hominis constantis , sed ipsius
Constantiae acroama ; (a) *Quis nos separabit à cha-
ritate Christi ? tribulatio , an angustia , an famæ , an u-
ditas , an periculum , an persecutio , an gladius ? Quæ
omnia , cùm hominibus sint maximè formidabilia ,*
*eaque sub pedibus veluti suis posuerit , non sine causâ
epinicion canere jam , & ovare gloriofissimè videa-
tur . Quare expressum sic ab illo video , ut trop hæc um-
clarissimum victoriae , & monumentum gloriae ; qua-
le à militiæ ducibus erigi olim consuevit.* Pir gunt
en.m

(a) Rom. 8.39.

Septemb.

Tessera.

715

enum, ad victoris pedes, colligatos vinculis hostes, fracta, & dissecta barbarorum tela; inanes galeas, clypeos mille in locis perfollos, hostilemque vim omnem superatam. Ita ille jam superior, triumphans, infra se habuit, & gentium contumelias, & dolores corporis, & Tyrannorum supplicia, & famem, & metus, ac mortem ipsam; totumque, qui mortem præcedere solet, crudelitatis apparatus, ac immanitatis pompam: quibus stratis, domitisque, gaudio exultans; quia de omnibus triumphans, canit illud triumphale epos: (a) *In his omnibus superamus.* Itaque, hujus exemplo, instanter operare; erit postea operæ suum & pretium & præmium:

Insta, necesse; uaderunt post seminam messes.

10. DIES SEPTEMB.

Inchoantibus præmium promittitur; sed perseverantibus datur? S. Aug. l. de modo bene. viven. serm. 6.

Perseve-
rantia.

Dum virtutes, quasi militares copias, quæ sub signis merentur Fortitudinis, recensere persevero, prolapsus sum ad Perseverantium; quæ sola, ut operum coronis, operibus imponit coronam. Aliud est, coronam imponendam promittere: aliud promissam imponere. Præmium, quod inchoanti, Dei Liberalitas promittit; perseveranti Justitia imponit. Ut obtineas Regnum, cuius nullus est finis; necesse est, perseveres usque ad finem: nam nihil est factum, si restet aliquid faciendum. Admodum nihil tibi conducedet per omnem vitam labo-

rasse,

(a) *Supra v. 37.*